differentem similitudinem abeas, quæ de sagittis est in A priore membro. Sic enim placere plurimis video, præterquam Hebræis nonnullis, & Campensi, qui locũ totũ explicant de sagittis acutis, quarum acies inter volandum tantum concipiat ardoris quantum habere solent carbones iuniperorum. In re utraq; similitudo elegans est; quia sunt acutæ, sicut lingua, ipseque flamma sua ignis linguas quasdam repræsentat. Ut idcirco apparuerint dispertitæ linguæ tamquam ignis super discipulos, in die Pentecostes *a* inter alias caussas, ut resisteretur labiis iniquis, & linguę dolosæ ad versariorum. Inde autem intelligi potest, quantum sit, & quam longe ac late patens malæ linguæ malum; quod comparatur non cum una, sed cum pluribus sagittis potenter ejaculatis: præterea cum carbonibus ardentissimis, valdeq; diu ignem conservantibus. Ceterum, quid valeant carbones isti mystice; præterea, que modo ac prius dicta sunt hic, & alibi *b* etiam de carbonibus, Hieron. *c* docet, quod quia plures sunt potentissimi Regis inimici, qui vulnerati fuerant ignitis sagittis diaboli; & quasi cervus spiculo percussi in jecore; sagittæ Domini mittuntur ignitæ *cum carbonibus desolatoriis*, ut quidquid vitii in corde inimicorum Regis fuerit, excoquant, & salutari ignem ejiciant perditorem. Nazianzenus tum loco prius ind icato *d*, cum Scholiaste Niceta; tum in monodio de Basilio, sumit hos carbones, ut absumentes sarmentitias quisq; lias, & Deitatis contemptores: istos autem hic per *labia iniqua, & linguam dolosam* ab aliquibus intelligi jam monui. Quem putant Hieronymum in hujus loci commentario, sicut & Hilarius, & alii, comparant carbones istos cum illo, quo labia Esaiæ mundata sunt *e*. Verus vero Hierony. enarrans Esaiam; docet posse apud illum per ἀνθρακα carbunculum lapidem intelligi, qui ob caloris flammei similitudinem, igneus appelletur; & hoc peccata purgari. Dici posset peccatum in ore confitentis ex carbone, vel inficiente, vel cruciante converti in pretiosum carbunculum. Hieron. certè idem in epistola *f* de eadem visione Esaiæ, vere ait, desolatorius carbo, qui linguam puram facit à peccato, sermo divinus est: citatq; rursus Esaiam *g*: *habet carbones ignis, sedebis super eos, hi erunt tibi in adjutorium*; & his affinia in Ezechielem habet *h*. Quod simili ratione non incommode ad confessionem peccatorum, uti dictum est, applicatur, quam sermo injungit divinus, & ipsamet quodammodo C *desolatorii* priore versu designaverunt, & quas quoq; mallet, si Deo ita videretur, ut illi non luerent, quam libera. tionem suam, ac reditum in patriam: præsertim quum cogatur morari & servari inter maxime barbaros, Cedarenis similes agrestibus, huc illucq; peregrinando sub tabernaculis extemporaneis degentibus, apud quos nihil proficiat pacifice agere & loqui, atq; beneficiis, officiisve certare, sed inde reddantur immaniores, fitque illis perfamiliare nulla prorsus de caussa contendere, jurgari, belligerare. Sic exaggeratur ærumna captivitatis, & exilii à diuturnitate temporis, à loci distantia, à feritate gentium, cũ quibus vivebat: quodq; quantum in se erat studeret eosdẽ bene demereri, prout Deus migrantibus in Babylonem præceperat *z*, sed frustra. Præter communiorem sententiam de captivis in Babylone, iuxta litteralem sensum: quod, ut vidimus, alii de Ægyptiaca captivitate, vel de Davide profugo interpretantur, mystice loquitur quivis justus ad beatam patriam suspirans ex hac molestissima peregrinatione, atq. hoc graduum canticum ex corde decantans in ista valle plorationis. Urgeri autem ad hoc se significat acerbitate labiorum iniquorum, & linguæ dolosæ, quam, licet clamando deprecetur Deum, ut ab ea ipsũ liberet pati tamdiu cogitur, hoc est, quamdiu hic vivit. Vere, ut alicubi scripsit Greg. mala quæ nos hic premunt, ad Deum nos ire compellunt: quumq. *infirmitates nostræ*, ac tribulationes *multiplicantur, acceleramus* ad Deum *a*. Succurrit memoriæ monachus, quem spiritualis pater, ut narrat Hieronymus *b* a flamma carnis, acribusque, ac plane desolatoriis carbonibus libidinis ac arte liberavit, ut eum vir gravis jurgiis, atque convitiis infectaretur, & post irrogatam injuriam primus veniret ad querimoniam nulli pro eo adducto testi credereture, quantumvis ille fleret contra mendacium: expleto enim anno, an adhuc molestiæ aliquid sentirer super pristinis cogitationibus, respondit; Pape! vivere mihi non licet, & fornicari libeat. Commoratio & cohabitatio cum nostris tenebris errorum, ignorantiarum, passionum, tentationum, tribulationum, persecutionum, præterea cum hominibus, immo & cum dæmonibus, quibus nos tenrandi & vexandi facultas permittitur, si ad eam tantillum reflectamus cogitationem hinc migrandi ad Deum, & ad locum his A tuit: dum non sicut alii tantum fideles, ipse intra se gemebat, *adoptionem filiorum Dei* expectans *i* & quia tota vita Christiani hominis, si secundum Evangelium vivat, ut ait Augustinus *k*, crux est, martyrium, sed quia tot hæreses, tot persecutiones, tot condiscipulorum videre mortes, tanto tempore abesse à Christo compulsus est. Quo ceteris Apostolis, inquit Petrus Damiani *l*, in carne prolixius vixit, eo duriores martirii tormenta sustinuit. Thomas etiam Aquinas *m* scribit, quod semper sancti habeant exteriores tribulationes, quum interius affligantur ex mala conversatione perversorum. Hinc illa Polycarpi lamentatio propter Marcionem, & similes hæreticos *n*: Bone Deus, in quæ me tempora reservasti! Hieronym.* Eustochio scribens, nihil amantibus durum, nullum difficilem cupienti laborem esse, exemplo Jacob, tanta pro Rachele pacta uxore passi *o*, hotantur, ut amemus Christum, ejusque semper quæramus amplexos: tunc facile visum iri omne difficile; brevia putaturos nos, quæ longa sunt; & jaculo illius vulneratos, per horarum momenta B dicturos, *heu me, quia incolatus meus prolongatus est*. Isidorus, aut quis alius Auctor conflictus virtutum & vitiorum, sub finem, amorem ac desiderium patriæ cœlestis: hoc; & similibus testimoniis confirmat. Nihil etiam obest Christo accommodare sententiam istam, cujus ætas licet haud ita multis constans annis, longitur videri potuit, propter hominum peccata, quæ expirendo cognoscebat: ita ut Esaiæ locum interpretans in Synagoga *p*, merito tunc impletum affirmaverit in auribus audientium; qui scilicet tanto ante ab ipsa conceptione impleri cœperat. Laudabilis teste Cassiano *q*, tristitia, quæ vel pro salutari pœnitentia, vel pro studio perfectionis, vel pro desiderio suscipitur futurorum. Caussas omnes has videtur ea habuisse tristitia, quam loco isto Propheta noster significat.

Heu mihi. (Parum refert, quod alii legant *hei mihi*, aut *heu me*; Italicum *oime* simile videtur Græco οἴμοι: & affines sunt hæ interjectiones Hebraicæ אוֹי *Nojah*. In aliis loci, *r* vertit Interpres *heu me*. Lamentantis, & deplorantis particula est. Nec est quod Genebrardus, nosterque in manuscripto Azor pro Interprete respondeat, non curare C Gramaticas leges quod, *heu mihi*, dicat pro *me*. Nam cũ dativo usurpat sæpè Plautus *s*, interdum etiam Ovidius, atque alii non tantum *hei*, sed etiam *heu*.

Quia incolatus meus prolongatus est. (Nec refert, quod reddant alii *peregrinationem prolongatam*, ut Hieron. hoc loco, & aliis: aut quod vetus Psalterium, & Augustinus, *incolatum longinquum factum*. Recitat Chrysost. alias versiones Græcas τὸ παροικῆσαι παροίκησιν *quia incola existens, protrasi*, sive *incolatum pro traxi* τὸ παροικῆσαι προσέθηκεν ὁ μακρυσθῆναι *quia proselytus fui in longitudine*. Prolongatio & longitas potest spectare tùm ad loci, tùm ad temporis spatium, distantiamque. Ex Hebræo quidã transferunt, *quod peregriner in exilio*, aut *peregrinatione protractionis*, item quod *exilium meum prolongatur*, quod *peregrinatus sum prorogatim*, seu *diu*. Præterea nonnulli vertunt, *quoniam peregrinor in Mesech*, sive in *Mosoch*. Chaldaice עִם אוּמַיָא *bhimosae cũ Asiaticis*. Hebræa sunt גָּרְתִּי מֶשֶׁךְ *garti mesech*. Prior vox potest esse verbum primæ personæ, à גּוּר *gur*, vel גָּר *gher*, vel גָּרַר *garr*: & nomen cum affixo, si addatur, aut subintelligatur littera יוֹתִי *gheruthi*. Hoc videntur legisse, qui *peregrinationem, incolatumve* sent interpretati: illud qui per verbũ *peregrinandi*. De posteriori voce major difficultas. A verbo מָשַׁךְ *masciach* quod significat *trahere & protrahere*, nomen מֶשֶׁךְ *mescech* derivatur. Id nullibi preterquam hic reperio expositum, ut pertinens ad prolongatam peregrinationem incolatus dixerunt lectum participii מָשַׁךְ *mescech*, idest; *quia peregrinationẽ meã prolongans & protrahens fui*, aut *peregrinatus sum, protrahens*, si ve *prolongans*, nempe *peregrinationem meam*: quod quidam Græcè antea recitatus dicebat παροίκησιν *protraxi*, alii autem eodem sensu declaraverunt passi vè, *prolongatus est*, ὁ παροικήσας ἐμακρύνθη. Nisi cum Richardo Cenomano lectum velis מָשַׁךְ *masctuch* passi vum participiũ. Denique retinendo מֶשֶׁךְ *mescech*, dicendum significare etiam protractionem & prolongationem, quãvis alibi non reperiatur hęc notio, quã hic. Ut sit sensus, *quia incolatus meus protractio & prolongatio est*; vel *protractionis atque prolongationis*: vel supplendo præpositionem, *in protractione*: sive *prolongatione*. Volunt Hebræi Hebraizantes מֶשֶׁךְ *mescech*, hoc loco esse nomen proprium loci sicut *Cedar* in sequenti membro. Paraphrastes nimis genericè *Asiaticos* vertit, nisi de minore intellexit Asia, in qua populi quidã bar-

a Act. 2. 3

Linguæ dolosæ malum quam late patens.

Carbones mystice quid designent.

b ps. 17. 29. 13. 14.

c epist. 140.

d Orat. 42.

e Esa. 6. 6.

f epist. 141.

g cap. 47. 14

h in cap. 1.

h in cap. 6.

i Jesse 7. 19.

k cap. 20.

l Prov. 25. 22.

m Rom. 12. 20.

n serm. 26. de divers.

Sensus tropologicus, a epist. 25.

b epist. 25.

Magna gloria, posse dicere, cum his qui oderunt pacem, eram pacificus.

c 2 Petr 2. 7

d Job 1. 1.

e 1 mor. 2. 1. 5 ser. 48. 10 Cant.

f Luc. 16. 24

g supra.

h 2. Cor. 5. 8

i Joan. 1. 5.

k lib. 2.

l Reg. 1. 2. 10 Sap. 3.

m Can. 2. 5.

n ps. 41.

o Phil. 1. 23.

p Luc. 2. 29.

q 18. moral. cap. 19.

r Matt. 6. 10 Eorum, qui amant, charitas impatiens esse debet.

s Phil. 1. 23 t cap. 4. 2. mc. 3. 2. 3. xcap. 120. 5 y de Parad. cap. 9.

z Phil. 1. 23

a orat. 10

b ps. 62. 3.

c epist. 65.

d 23. moral. & 13 vel at

e Rom. 7. 24

f ps. 119. 1.

g Jud. 18. 24.

Verſ 5.) Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est: habitavi cum habitantibus Cedar.

Verſ. 6.) Multum incola fuit anima mea.

Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus: quum loquebar illis, impugnabant me gratis.

DEplorat captivitatis, & exilii acerbi moram, distantiamq; non tam curans pœnam luendam à detractoribus iniquis & dolosis, quas *acutæ sagittæ carboneſq; desolatorii* priore versu designaverunt, & quas quoq; mallet, si Deo ita videretur, ut illi non luerent, quam libera. tionem suam, ac reditum in patriam: præsertim quum cogatur morari & servari inter maxime barbaros, Cedarenis similes agrestibus, huc illucq; peregrinando sub tabernaculis extemporaneis degentibus, apud quos nihil proficiat pacifice agere & loqui, atq; beneficiis, officiisve certare, sed inde reddantur immaniores, fitque illis perfamiliare nulla prorsus de caussa contendere, jurgari, belligerare. Sic exaggeratur ærumna captivitatis, & exilii à diuturnitate temporis, à loci distantia, à feritate gentium, cũ quibus vivebat: quodq; quantum in se erat studeret eosdẽ bene demereri, prout Deus migrantibus in Babylonem præceperat *z*, sed frustra. Præter communiorem sententiam de captivis in Babylone, iuxta litteralem sensum: quod, ut vidimus, alii de Ægyptiaca captivitate, vel de Davide profugo interpretantur, mystice loquitur quivis justus ad beatam patriam suspirans ex hac molestissima peregrinatione, atq. hoc graduum canticum ex corde decantans in ista valle plorationis. Urgeri autem ad hoc se significat acerbitate labiorum iniquorum, & linguæ dolosæ, quam, licet clamando deprecetur Deum, ut ab ea ipsũ liberet pati tamdiu cogitur, hoc est, quamdiu hic vivit. Vere, ut alicubi scripsit Greg. mala quæ nos hic premunt, ad Deum nos ire compellunt: quumq. *infirmitates nostræ*, ac tribulationes *multiplicantur, acceleramus* ad Deum *a*. Succurrit memoriæ monachus, quem spiritualis pater, ut narrat Hieronymus *b* a flamma carnis, acribusque, ac plane desolatoriis carbonibus libidinis ac arte liberavit, ut eum vir gravis jurgiis, atque convitiis infectaretur, & post irrogatam injuriam primus veniret ad querimoniam nulli pro eo adducto testi credereture, quantumvis ille fleret contra mendacium: expleto enim anno, an adhuc molestiæ aliquid sentirer super pristinis cogitationibus, respondit; Pape! vivere mihi non licet, & fornicari libeat. Commoratio & cohabitatio cum nostris tenebris errorum, ignorantiarum, passionum, tentationum, tribulationum, persecutionum, præterea cum hominibus, immo & cum dæmonibus, quibus nos tenrandi & vexandi facultas permittitur, si ad eam tantillum reflectamus cogitationem hinc migrandi ad Deum, & ad locum his A tuit: dum non sicut alii tantum fideles, ipse intra se gemebat, *adoptionem filiorum Dei* expectans *i* & quia tota vita Christiani hominis, si secundum Evangelium vivat, ut ait Augustinus *k*, crux est, martyrium, sed quia tot hæreses, tot persecutiones, tot condiscipulorum videre mortes, tanto tempore abesse à Christo compulsus est. Quo ceteris Apostolis, inquit Petrus Damiani *l*, in carne prolixius vixit, eo duriores martirii tormenta sustinuit. Thomas etiam Aquinas *m* scribit, quod semper sancti habeant exteriores tribulationes, quum interius affligantur ex mala conversatione perversorum. Hinc illa Polycarpi lamentatio propter Marcionem, & similes hæreticos *n*: Bone Deus, in quæ me tempora reservasti! Hieronym.* Eustochio scribens, nihil amantibus durum, nullum difficilem cupienti laborem esse, exemplo Jacob, tanta pro Rachele pacta uxore passi *o*, hotantur, ut amemus Christum, ejusque semper quæramus amplexos: tunc facile visum iri omne difficile; brevia putaturos nos, quæ longa sunt; & jaculo illius vulneratos, per horarum momenta B dicturos, *heu me, quia incolatus meus prolongatus est*. Isidorus, aut quis alius Auctor conflictus virtutum & vitiorum, sub finem, amorem ac desiderium patriæ cœlestis: hoc; & similibus testimoniis confirmat. Nihil etiam obest Christo accommodare sententiam istam, cujus ætas licet haud ita multis constans annis, longitur videri potuit, propter hominum peccata, quæ expirendo cognoscebat: ita ut Esaiæ locum interpretans in Synagoga *p*, merito tunc impletum affirmaverit in auribus audientium; qui scilicet tanto ante ab ipsa conceptione impleri cœperat. Laudabilis teste Cassiano *q*, tristitia, quæ vel pro salutari pœnitentia, vel pro studio perfectionis, vel pro desiderio suscipitur futurorum. Caussas omnes has videtur ea habuisse tristitia, quam loco isto Propheta noster significat.

Heu mihi. (Parum refert, quod alii legant *hei mihi*, aut *heu me*; Italicum *oime* simile videtur Græco οἴμοι: & affines sunt hæ interjectiones Hebraicæ אוֹי *Nojah*. In aliis loci, *r* vertit Interpres *heu me*. Lamentantis, & deplorantis particula est. Nec est quod Genebrardus, nosterque in manuscripto Azor pro Interprete respondeat, non curare C Gramaticas leges quod, *heu mihi*, dicat pro *me*. Nam cũ dativo usurpat sæpè Plautus *s*, interdum etiam Ovidius, atque alii non tantum *hei*, sed etiam *heu*.

Quia incolatus meus prolongatus est. (Nec refert, quod reddant alii *peregrinationem prolongatam*, ut Hieron. hoc loco, & aliis: aut quod vetus Psalterium, & Augustinus, *incolatum longinquum factum*. Recitat Chrysost. alias versiones Græcas τὸ παροικῆσαι παροίκησιν *quia incola existens, protrasi*, sive *incolatum pro traxi* τὸ παροικῆσαι προσέθηκεν ὁ μακρυσθῆναι *quia proselytus fui in longitudine*. Prolongatio & longitas potest spectare tùm ad loci, tùm ad temporis spatium, distantiamque. Ex Hebræo quidã transferunt, *quod peregriner in exilio*, aut *peregrinatione protractionis*, item quod *exilium meum prolongatur*, quod *peregrinatus sum prorogatim*, seu *diu*. Præterea nonnulli vertunt, *quoniam peregrinor in Mesech*, sive in *Mosoch*. Chaldaice עִם אוּמַיָא *bhimosae cũ Asiaticis*. Hebræa sunt גָּרְתִּי מֶשֶׁךְ *garti mesech*. Prior vox potest esse verbum primæ personæ, à גּוּר *gur*, vel גָּר *gher*, vel גָּרַר *garr*: & nomen cum affixo, si addatur, aut subintelligatur littera יוֹתִי *gheruthi*. Hoc videntur legisse, qui *peregrinationem, incolatumve* sent interpretati: illud qui per verbũ *peregrinandi*. De posteriori voce major difficultas. A verbo מָשַׁךְ *masciach* quod significat *trahere & protrahere*, nomen מֶשֶׁךְ *mescech* derivatur. Id nullibi preterquam hic reperio expositum, ut pertinens ad prolongatam peregrinationem incolatus dixerunt lectum participii מָשַׁךְ *mescech*, idest; *quia peregrinationẽ meã prolongans & protrahens fui*, aut *peregrinatus sum, protrahens*, si ve *prolongans*, nempe *peregrinationem meam*: quod quidam Græcè antea recitatus dicebat παροίκησιν *protraxi*, alii autem eodem sensu declaraverunt passi vè, *prolongatus est*, ὁ παροικήσας ἐμακρύνθη. Nisi cum Richardo Cenomano lectum velis מָשַׁךְ *masctuch* passi vum participiũ. Denique retinendo מֶשֶׁךְ *mescech*, dicendum significare etiam protractionem & prolongationem, quãvis alibi non reperiatur hęc notio, quã hic. Ut sit sensus, *quia incolatus meus protractio & prolongatio est*; vel *protractionis atque prolongationis*: vel supplendo præpositionem, *in protractione*: sive *prolongatione*. Volunt Hebræi Hebraizantes מֶשֶׁךְ *mescech*, hoc loco esse nomen proprium loci sicut *Cedar* in sequenti membro. Paraphrastes nimis genericè *Asiaticos* vertit, nisi de minore intellexit Asia, in qua populi quidã bar-

o Ezech. 1. 1.

p ps. 7. 10. q Cant. 2. 5.

r vers. 11.

s Luc. 16. 24

t Serm. 66

u cap. 3. 6.

x Chrom. 2. bibl. Patr. f. Leo. ep. 9. 10.

1 Rom. 8. 15. Christiani hominis vita crux & martyrium.

k Serm. 32. de S. Joan. Evang. m in epist. ad Hebr. lect. 2.

n in vita.

* epist. 22.

o Gen. 29. 20

p Luc. 4. 1. 6. 17. 21.

q 9. Instit. cap. 22.

1 Judic. 11. 37.

s In Mercat. & in Militem.

barbari, erant, ut Cappadoces, de quibus Pelusiota in epistolis *a*, dicens ortos ab his Philisthæos & Gebaonitas, atque insano auri amore Babylonios vincere; pace offendi, alii contentionibus & dissidiis, in congressu blande ac benigne loqui, in absentia obtrectare; in secundis amicorum rebus mœstos, in adversis lætos & insatiabiles esse: ad mentiendum proclives, ad pejerandum celeres; Est enim Palæstina in Asia, ut pro tertia Orbis parte sumitur, non minus quã Babylon & Persia, in qua erant captivi Hebræi, de quibus creditur hic agi Josephus Gorionides interpretatur dicitur *Mesech*. Nominatur præterea in Paralipomenis *b*, & in Ezechiel *c Moschi* regio, quę vocatur משך *mesech* Hebraicè & Chaldaicè, quos Vatablus & Clarus cum Hieronymo *d*, Apollinario, Polychronio, Scholiaste alio Græco in eumdem locũ Ezechielis, Cappadoces interpretatur, & quorum metropolis cognominata Cæsarea, propter Cæsarem Augustum, lingua eorum dicebatur *Mazaca*, ut etiam testatur Flavius Josephus *e*, vocans μεγαλὴν κώμην. Nebiensis item in hoc psalmo Cappadociam interpretatur. Vatabulus autem vel Hetruriam, ut retuli; vel Arabes, quod ultimum Clarius tenet; & in Genesi *f* noster Pererius: penultimum Felis, & in eam sententiam R. Aben-Ezra, & R. Kimhi citant Josephum Gorionidem. Sed Genebardus refert in codice istius editio Venetiis poni in Fuscana ad flumen Phisaa eos, qui vocantur *Thubal*: qui autem *Mesech* in Sibsune, & prodi quod aliqui putent esse Saxones Germaniæ. Meminit idẽ Genebrardus opinionis de Tartaris: Scepreus, qui nunc Turci appellantur, Paginus *g* arbitratur esse Moschos, sive Moschovitas, quasi tractores arcuum, & simul à Mesech filio Japhet *h*. Beroaldus *i* asserit fuisse populos Syriæ & Arabiæ vicinos: nec véretur translationem nostram, & LXX. reprehendere. Tenuere ac omnino falsò id dicitur. Nec tamen inprobabile est aliquẽ dũ *prolongandi* verbo ad Hebræum nomen משך *mesech* tamquam ad loci proprium, ita ut sic expressa sit illius etymologia. Ita etiã sentit Pin. *k* noster enumerans aliquot alia exempla similia; sed errore est in ipsius commentario, ut משך *methech*, *ponatur* pro משך *mesech*, post Cantapretensem *l*, nostrum Riberam *m*, Antonium Beuter *n*, Cæsparem Grajar *o*. Ex Psalterio nostro assertur ps. 41. *p*, *à monte modico*, ubi est מצער *mits'hhar*, quod putant alii, qui esse nomen loci. Addi potest 75. *q factus est in pace locus ejus*. Hebraicè שלם *beschalè*, seu *in Salem*, quã ibidem Paraphrastes nominat *Jerusalem*. Idem est de vocabulis filiarũ Job, quę per earum significationes exponuntur. Ratio autem communis est, ut nos doceat Interpres vim, originem, causſam cur nominata talia propria imposita sint. Quæ adeo potius natio fuerint *Mesech* significata, divinare, aut definire non possum. Propius ad sonũ accedunt *Moschi* & *Moscovitæ*, quorum habeatur parens *Mesech*, sive *Mosoch* unus de filiis Japhet *r*. Quamvis regionem cui nomen *Mosochus*, in Asia constituant aliqui tripartitam prope Phasim fluvium, cujus unam Colchi, alteram Iberes, tertiam Armenii inhabitent. Plinius *s* meminit Moschicorum & Moschorum ad Iberum amnem. De Moschovitis sentit Genebard. *t*; & de Cappadocibus Ponthicis: hic vel de Meschia, vel de Tartaris: Moschovitas absolutè intelligunt de nostris Ribera *u*, & Possevinus *x*: præterea in lexicis suis Mercerus, Marinus, Forsterus, Pomarius; item Forerius *y*, & Arias *z*, & alii. Proxime accedit nomen *Mazaca* metropolis Cappadocum, quę D postea dicta est *Cæsarea*, ut antea notavi: cujus item sub eodem priore nomine præter citatos mentionem faciunt Plinius *a*, Suetonius *b*, Solinus *c*, Strabo *d*, qui collocat in Cilicia. Sextus Rufus *e*, qui meminit mutati nominis in *Cæsaream*, quamvis pro *Mazaca* errore aliquo apud eum *Megara* dicitur. Eusebius *f*, Sozomenus *g*, Nicephorus *h* Callixti, (qui duo produnt ablatum *Cæsareæ* vocabulum à Juliano, ita ut ad verus redierit *Mazacæ*) Justinianus I. mperator *i*, noster Sà in Genesin & Ezechielem, & in hunc noster quoque Maldonatus, & qui in illam, vel in hunc scribunt Theodoretus, Glossæ, Honcala, &c. Nazianzenus *k* Cæsaream valde laudat matrẽ omnium Ecclesiarum Cappadociæ. Sed Cappadociam, ut etiã prius dixi Pleusiora plurimum vituperat, licèt duplicem, distinguat. Quæ vituperatio facit ad præsentem locum, in quo à gentis barbarie acerbitas exaggeratur caprivitatis & exilii. Diligenter præ ceteris de hoc nomine *Mesech* & *Mosoch*, Thomas Malvenda *l* disputa vit, existimans non tantũ, aut potius non tã hic Moschovitas innui, propter inhumanitatem & feritatem, cum qua comparet David in Odollam idumææ *a*, quæ, inquit, est Cedar. Prior id Valentia tradidit, & ad Turcarum, quam patimur Ecclesia, tamdiu, perfectionem transluit, quos etiam Genebr. affirmat ex Ismaele, & Cedar ortos, atque Scenitis, & Nomadibus Arabibus in divagando similes, qui ferarum ritu in campis, tuguriisque versabantur, ut etiam hoc loco Basilius notat. Innuit præterea Theodoret. eo magis deplorandam, duramque captivitatem Hebr. visam, quod qui descenderent ex filio liberæ Saræ, Isaac servire contringerentur descendentibus ex filio ancillæ Agar Ismaele. Non assentior Hilario, neganti Psalmum de populi captivitate intelligi, ut nec aliis, quos initio idem propterea tentire monui, quod Cedar non sit in Babylone. Nam proximum huic locum esse nonnullis videri jam dixi, quibus & Suidas consentit. Deinde, barbaries, crudelitasque Babyloniorum potuit per efferam illam gentem, ut & in priore membro, per *Mesech*, sive *Mosoch*, figurate declarari, quemadmodum in Ps. septimi titulo dictum est de *Chusi*: & sicut Ovidius, atque Callimachus nomen sub *Ibis* feralis avis vocabulo scripserunt in adversarios suos. Juxta etymon significat *Cedar nigredinem*, qua Cedare norum vultus infectos sive à natura, sive ob perpetuas moras in arenti, & calido solo, dubitandum non est. Ut proinde se ipsa nigram vocans, asserat similem fuisse *tabernaculis Cedar* b, quæ nimirum etiam ipsa nigredinem contrahebant, eo quod semper ad Solem, & alias cœli injurias, & toti sordes essent exposita. Ex dicta notione *Cedar* pro *nigredine, tenebris, obscuritate*, (nam inepte quidam derivavit παρὰ τὸ κήδω, *ango, molestia afficio, lædo.*) Tropologiam passim Patres eliciunt de nostra, dum hic vivimus, tamquam vel milites, vel viatores, vel pastores, mora in tabernaculo corporis, cujus, consortio magna errorum nox, & peccatorum, aut tentationum, variorumque periculorum obteuditur animæ; nec non ærmixtio quædam, & cohabitatio cum hominibus in hujusmodi nocte, caligineque immersis. Hilarius quoque obsèrvat licere nobis, si Christo jungamur, sicut sponso, formosam habere animam; licet corporis geramus obscurum tabernaculum: quemadmodum sponsam de se dixisse nuper dicebamus. Præterea non hic dicere Davidem *habitavisse in habitantibus Cedar*: sed *cum habitantibus*: Quia Sancti, quamvis in carne vivant, non tamen *sunt* in carne, *sed in spiritu*: *quia spiritus Dei habitat in illis* c, habentque *arma militiæ non carnalia, sed potentia Dei* d. Præter Enarratores loci præsentis. Bernard. *e*, hoc nostrum corpus ait esse tabernaculum Cedar: quoniam anima quasi objecta sui incircumscripti luminis intetim huc fraudat aspectu, nec finit omnino *videre* illud, *nisi per speculum* quidem, *& in ænigmate*, non autem *facie ad faciem* f, atque contrahitur aliqua in eodem tabernaculo maculã, & ruga. Adhæc illud ipsum notat g, quod ex Hilario retuli, dicere hic Davidem *se habitavisse* non in *Cedar*, sed *cum habitantibus*, tamquam qui semper habitaret in lumine, licet ipsi fuerit *cum habitantibus Cedar* corporalis cohabitatio. Omnia etiam Regum palatia nihil nisi rusticorum tabernacula sunt, si ad æternas illas comparentur mansiones beatorum. Citavi etiam prius Hieronym. *h*, exponentem de tenebris hujus mundi: quod Paulinus *i*, quoque facit, & Jonas Aurelianensis *k*.

Multum incola fuit anima mea.) Hieronymus, *multum habitavit in ea anima mea*. Sed apud Trevetum, Fabrum, Victorium, *multum peregrina est anima mea*. Pro *in ea* mendose redderetur *sibi*, quia est לה *lah*: quod tamen pronomen redundat, quemadmodum versu 3. *quid detur tibi*, &c. licèt ibi expressum sit ab interpretibus. Posset tamen id pronomen innuere animam solam, & sejunctam fuisse animam inter barbaros: quia nulla cum illis jungi societate audebat, vel poterat, præ timore. Si legamus *in ea*, intelligemus *in Cedarena regione*. Paraphrastes exposuit, jungens hæc sequentibus, ut alii præterea faciunt, ordientes hinc versum, *plusquam illi habitavit anima mea cum Edom, odio pacem prosequente*: quamvis Nebiensis omittat *Edom*, non legens אדום *Edom*, sed indeclinabilem particulam ארום *arum*. Erant quoque Idumæi sævi, & infensi Hebr. auctorem habentes Esau cognominatum *Edom*, ut aliàs docui. Parum refert, quod siat ab aliis ea divisio versuum, quem dixi: quia perinde constat sensus. Ex eo autem, quod *anima* nominetur, non sequitur, etiamsi ita Augustin. Arnob. Prosper, Cassiod. alii passim Latini ratiocinentur, non agi de peregrinatione corporali: quia corpus peregrinetur locis; anima affectibus. Nam poni *animam* pro homine toto vidimus versu 2. Placet nihilominus eorumdem Patrum tropologia, de peregrinante anima, & suam à cœlo absentiam graviter amorem beatæ patriæ ferente, quodve hic *ab habitantibus Cedar* impediatur, ne ipsam liberè contempletur, ideſt, ab impiis, vel hæreticis, vel aliis. De vocibus *incola, peregrini, hospitis, advenæ, inquilini* & similibus, actum est aliàs. Longiorem Turcarum tyrannidem Valentia, & Genebr. hic insinuari volunt, utpote quos *Cedar*, & *Mesech*, sive *Mosoch*, designent, ut docuimus Homines, quos appellant mundanos, & sæculares, amant exilium suum, & captivitatem, peregrinationem, incolatum, tabernacula ista Cedar terra, viliaque: nec tristius quid audiunt, quam quod hinc abeundum sit. At vir justus, & spiritualis ægre fert, pièque conqueritur tam longam moram, *ipsique dilate* felicitatis *affligit animam ipsius* l, duodecim de causſis, quas Hugo affert; quia hoc ipsum, quo anhelat desiderium, facit ut longius videatur tempus, quod breve est: quia sentit hic defectum rerum bonarum: quia malorum copiam experitur: quia videt locum non esse justitiæ: sed opprimi à majore minorem, quia promoventur mali, boni dejiciuntur; quia mille sunt pericula: quia corpus ipsum aggravat, & deprimit terrena inhabitatio: quia lumus variis obnoxii mutationibus: quia subditi, repletique multis miseriis: quia impetiti plurimis tentationibus: quia pauci boni, quibus cum tuto versari liceat: quia mala permulti, ac prope infiniti, quos vitare vix queas, ab illiqué non inſici.

Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus.) Jam dixi, alios aliter ista dispungere, *multum habitavit*, vel *peregrinata est*, vel *incola fuit anima mea cum his, qui oderunt pacem*: aut singulari numero, prout vertit Hieron. *cum odiente pacem*, subdens interpretationem sequentium, *ego pax & quum loquebar, illi ad bellum*. Facilioni est distinctio nostra. Videntur autem legisse LXX. addito ' *jod*, שנאי *sonee* in plurali, quod nunc est singulariter, שנא *sone*: quamvis etiam possit singulare pro plurali collectivè sumi. Chaldaicè, *plusquam illi habitavit anima mea cum Edom, odio pacem prosequente*. Ambr. *m*, *cum odio habentibus pacem, eram pacificus*. Hilarius, *cum odientibus pacem, eram pacificus*. Describitio hæc Agarenorum sive Saracenorum, Ismaelitarum, Arabum, Cedarenorum est, qui erroribus, furtis, latrociniis, cædibus assueti, odio pacem habent, nec nomen *pacis* audiunt libenter. Tales Turcæ in fœneribus tam parum fidi, in pactis pacis inconstantes. Exponendo autem de Babyloniis, apud quos Hebr. captivi tenebantur, credendum est omnino eam crudeles fuisse, ut ad pacis verba, quę proferebant Hebr. aures obturarent, & eo magis in eosdem sævirent. Ceterum, præceperat istis Deus per Jeremiam *ut quærerent pacem civitatis, ad quam transmigrare eos fecerat: & orarent pro ea Dominum, quia in pace illius futura erat pax ipsis*. Habet porro magnam emphasin phrasis Hebr. *ego pax*, ideſt, corde, verbo, facto, totus addictus paci, nihil nisi pacem volens, pacatus intra me, & cum aliis pacem habens, eoque concilians, & pacificans, non tantum *elpunikòs*, sed etiam *elpunoeidès*, quem Christus o, *beatum* pronunciat, ac *Dei filium* vocat: qui scilicet intra seipsum pacatus, & cum Deo, cum nemine diſſidet, sed in pacem revocat dissidentes, etiam lacessitur injuria. Hoc ait Hilarius, proprium & dignum Prophetæ est, simultates, & motus naturæ alienæ, voluntatis suæ pace cohibere, & infidas quasque animorum, ac turbulentas affectiones, omni placabilitatis modestia continere. Confirmat Christi exèmplo, qui pacificavit in semet *qua in cœlis, & in terra sunt* p; & doctrina, qua docuit *ovare pro persequentibus, neminem odisse, amare inimicos* q: præterea monitione Apostoli r, ut *si possibile sit, quod in nobis est, cum omnibus pacem habeamus*: rursum quia Christus hanc veluti præceptorum summam consignavit, *pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis* s. Adde, quod natus Rex pacificus decantari pacem ab Angelis voluit t; nec modo hinc abiens, illam commendavit, ut modo dixi, totiesque in vita, jubens quoque prædicari *u*, sed statim à resurrectione, quum primum videndũ se suis exhibuit, illam annunciavit *x*: denique *ipse est pax* *. Quin etiam ipsimet Christo convenit optime ista, & sequens, ac totius Ps. oratio. Nam clamavit ad Patrem sæpius in oratione, tum in horto *y*, & in Cruce *z*, *exauditus est pro sua reverentia* a, exaltationem, *nomenque super omne nomen accipiens* b: passus est crebro *labia iniqua, & linguam dolosam incolarum suum prolongatam* sensit, præ desiderio *perficienda* salutis nostræ, quod ipsum *coarctabat* c: & propter improbitatem generationis adulteræ, cui dicebat. *Quamdiu apud vos ero, quamdiu vos patior* d? *habitavit cum habi-*

Tropologia

Duodecim causſæ, propter quas ipses diturè fœlicitatis animam affligat.

Tropologia

Turcæ infœderibus patum fidi.

a 1. Reg. 22. 1

Cedar etymon.

b Cant. 1. 5.

Tropologia

c Rom 8. 9. d 2. Cor. 10. 4 e ser. 16. in Cant.

f 1. Cor. 13. 12. g Epist. 25.

h 2. cont. Jovinia. & ep. 21.

i Epist. 35. k de cult. imagin.

l Prov. 15. 12

m in Ps. 118. octon. 9.

n Cap. 29. 7.

o Matt. 5. 9

p Ephe. 2. 10 q Mat. 5. 44. r Rom. 12. 18

s Joa. 14. 27. t Luc. 2. 14.

u Luc. 10. 5.

x Jea. 20. 21 * Eph. 2. 14. y Matt. 26. 39.

z Luc. 23. 46 a Hebr. 5. 8. b Phil. 2. 9.

c Luc. 12. 50.

d Marc. 9. 19

Anima affectibus, corpus locis peregrinatur.

a Gen. 25. 13 De Cedar opiniones variæ.

b Hieronym in Ezech. c.

c de locis Hebr. in Jerem. cap. 2.

habitantibus Cedar, ideſt, ipſiſſima lux in tenebras, quæ A *ipſam non comprehenderunt a; quum maledicerentur, non maledicebat; quum paterentur, non comminabatur b, loquens quæ adoccem erant c*; deque pace, charitate, regno Dei: & *odio tamen habitum ſegratis*, atque impugnatum merito conqueſtus eſt *d*; alludens ad hunc, & ſimilem alium locum *e*, dicendo *impletum ſie ſermonem, qui in lege ſcriptus eſt*. Proſequitur hanc allegoriam Bellarminus noſter, ſed ante ipſum Rickelius paullo fuſius; de Judæorum quoque declarans excidio, *ſagittas, & carbones*, una cum præclaro alio Eſaiæ *f*, loco, Chryſoſtomus *g*, item uſurpat hunc locum in ingratos adverſus beneficium Chriſtum Judæos. Quod ſi legamus ex Hebræo, *egopax*, אני שלום *ani ſhalom*, optime Chriſto congruet, quem, ut dixi, Apoſtolus affirmavit *eſſe pacem noſtram*, ſicut & cognominavit *Deum pacis*, Poſſe etiam verti, *ego pacem nempe ſectabar*: vel *ego pacer*, ſcilicet vir, & ſectator; quod eſt eſſe pacificum, pacem inquirere, & perſequi, *in pace habere locum* K, non in Cedar; *ubi tenebræ, nullus ordo ſed ſempiternus horror inhabitat l*. Proſper *m*, pronuntiat iſtam ſententiam, quod Chriſtiana profectio eſt pacificum eſſe, etiam cum inimicis, ſpe correctionis, non conſenſu malignitatis: ut ſi nec exemplum, nec cohortationem ſequuntur, cauſas tamen non habeant, propter quas odiſſe non debeant. Omnino verum eſt, quod his Ambroſius *n*, ex verbis elicit, quod quanto magis quis Deo ſervire deſiderat, tanto magis in ſe excitat adverſarios, & tamquam athleta fortis coronam juſtitiæ reportare deſiderans, irritatio ſe plurimos, & laceſſit, qui invident noſtro profectui: nihil tranquillitatem juſti ſæpe proficere, ut eos, qui pacem oderunt, componat eorum, que ſtudia comprimat. Idcirco ſugientem oportet diligenter, ac ſtrenue perſequi pacem, ac omni ſtudio inſequi, ut Hieron. *o*, docet, & pacem detre ſtantes, eique reſiſtentes, fortiter pertrahere; *carbones* etiam *congerendo in capita illorum*: p Ignatius Romanus ex itinere ſcribens, dicebat ligatum ſe nocte, dieque cum decem leopardis; ideſt, militibus, qui eum cuſtodiebant; quibus & quum beneficret, pejores fierent. Diceres ſenſu accommodatitio, *cum leonibus inboſſe*, *quoſi cum agnis* q. Hieronymus *r*, de pacis fructu inter alios, qui Spiritus Sanctus numerantur ab Apoſtolo *ſ*, diſputans, admonet minime purandum *n*, pacem in eo tantum eſſe quærendam, ſi cum alio non jurgemur; ſed tunc pacem Chriſti, hoc eſt, hæreditatem noſtram, nobiſcum eſſe, ſi tranquilla mens nullis paſſionibus perturbetur: hoc denotat proxime ſequens apud eumdem Paulum longanimitatis, poſt pacem, fructus admoner præterea etiam Gregorius *r*, pacatos, ne, ſi ad increpationis verba profiliant, temporalem pacem ſibi perturbari formident: rurſum, ut eamdem pacem dilectione integra intrinſecus teneant, quam per invectionem vocis ſibi extrinſecus turbant: utrumque provide ſe ſervaſſe Davidem hic perhibere & membro ſequenti; quia loquens impugnabatur, ſed tamen impugnatus, erat pacificus; nec intantes ceſſans reprehendere: nec reprehenſos negligens: amare Paulum proinde præcepiſſe, ut ſi fieri poſſit, quod ex nobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habeamus. difficile quippe eſſe, ut ſi quis male acta corripiat, habere pacem cum omnibus poſſit: ſed tamen curandum, ut ſi ab eis, qui corripiuntur, pax expellitur, integra in iis, qui corripiant, mente teneatur. Affine, quod Arpoldus Abbas Bonæ vallis *u*, de hac eodem ſententia ſcribit, in tantum eſſe pacificam charitatem Chriſtianam, ut nec læſa exigat ultionem, nec exacerbata referat contumeliam: & ſi corrigat, omnino ſollicite agat, ut plus agat benevolentia, quam ſeveritas: cohortatio, quam commotio; humilitas, quam poteſtas. Bernardus *x*, quum ſponſa *nigram* ſe confitens, *ut tabernacula Cedar* aſſerit *formoſam, ſicut pelles Salomonis* y, benigne filias Jeruſalem nominat illas, quæ nigredinem improperaverant; quum potius Babylonis vocare potuiſſet, vel Baal, ait, quod hoc eſt cum his, operam dare ſaluti, quam propriæ ultioni, parare adverſus phreneſin animæ non vindictam, ſed medicinam: *calamum quaſſatum non conterere*; *linumqui fumigans non extinguere* z, *linguam habere placabilem*, *ut lignum vita* a; & *lingua mollicontringere duritiem* b. Ex eodem Bernardo *c*, jam longe ante retuli hoc eſſe *ſicut lilium inter ſpinas* d, quod pungentes ſe candore proprio illuſtrate, atque vellustare non ceſſat. Profecto, ut cecinit ille *e*.

Odium qui inimium timet, regnare neſcit,

Chryſoſtomus *f*, *habitare in tabernaculis Cedar*, ait eſſe idem quod *in medio umbra mortis* g, & *filiis tenebrarum*, & *falſis fratribus*; ita ut cum Apoſtolo *h*, *ſi maledicimur, benedicamus*; *ſi perſequutionem patimur, non comminemur*. Origenes *i*, affirmat, quia Chriſtus pax eſt, oportere unumquemque juxta prælentem ſententiam habere cum hominibus omnibus pacem, bellandi cupidum non eſſe, nullum mordere, incuſare, devorare, perturbationibus plenum non eſſe, cauſſam ſeditionis in ſuo ipſius principatu, hoc eſt, in animæ principe parte, non exiſtere. Pacianus *k*, hinc elicuit argumentum contra Novatianos, de recipiendis, & admittendis lapſis, pæceque danda, & communicanda his etiam, qui aliquando illam odio habuerunt. Nihil quoque vetat ſecundum tropologiam diceré, ſponſam, quæ *nigra eſt ſicut tabernacula Cedar*, quia verſatur cum tenebris improborum, & in ſeipſa pugnam paſſionum ſentit, ſimul *formoſam eſſe*, quoniam pacem ſtudet habere cum hominibus qui odetunt illam, & cum paſſionibus, quæ eamdem perturbant, ita ut quum loquitur illis, imperans ne commoveantur, ſed homines pacem complectantur, paſſiones rationi acquieſcant, ſi pergant nihilominus impugnare; id faciant gratis, hoc eſt, abſque internæ pacis jactura, ſine damno formæ, *pulchritudinis pacis* l. Diſtinguit Grevæus *m*, pacificos eum pacificis, perverſos: pacificos eum non pacificis, perfectos. His ultimis aptat quod magi Pharaonis percuſſo pulvere terræ, non potuerunt inde ſciniphes excitare *n*, quoniam humiles reprehenſi non protumpunt in verba detractionis; aut impatientiæ. Theophylactus *o*, triplex bellum ait eſſe contra barbaros, aliolque hoſtes, ex privata inimicitia, inteſtinum à vitii, ipſis: primum ſedari imperatorum induſtria, precibus interim, & votis operam nobis præſtantibus: reliqua duo per nos, ac noſtris viribus, ſtudioque ideſt, patientia: & pace, quæ hoc loco commendatur, atque oratione, de qua in Pſalmo *p*, *deprecabebant mihi*, *ego autem orabam*.

Quum loquebar illis, impugnabant me gratis.) Hieron. *& quum loquebar, illi ad bellum*, ſed apud Auguſtinum in ſpeculo, ubi ſequi ſolet Hieronymi translationem, *ego pacifica loquebar, & illi debellabant ea*. Chaldæus, *ego pacem proinde orabo, ipſi vero bellum, nempe, cupiunt*: vel *ego eram pax, quando orabam, & ipſi ad bellum, ſeilicet, ſpectabant, id apparabant, & inferre conabantur*, Addit eſt, *gratis*, & Græce δωρεάν. Recte ſane, Nam paci ſtudentem, & de pace ſentio, ac ſedulo tractantem & odia, injuriaſque non reddentem, ſed pacifico ſermone, atque opere compenſantem impugnare, & bellum indicere, ac inferre, & ad bellum obfirmato ſe animo applicare: quid eſt niſi gratis, abſque cauſſa, immerito, injuſte agere? Quamquam & illud forſitan innuitur eadem particula, tam fuiſſe conſtantem Prophetam; eumve, cujus in perſona loquitur, in retinenda pace, ut quantumvis repugnarent adverſarii, odiiſque ipſum inſectarentur, omnia fruſtra eſſent, nec de honeſto illo propoſito vel tantillum D dimovere poſſent. Utramque vim eadem particula idiomate utroque poſita in aliis Pſalmis, & Hebraicè חנם *chinnam*, habet, quum David canit *abſconſos ſibi laqueos gratia* q, vel *odio habitum* r, vel *expugnatum* ſ, vel *perſecutionem paſſum*: & idem valet, quod ait de *adverſantibus ſibi ſine cauſſa* u, ματαίως, & juxta lectionem Hebræam, quæ creditur olim ibi fuiſſe חנם *chinnam*. Tractat hunc locum Ambroſius *x*, de martyribus, cum illo ſimili ex Pſalmo præcedente *y*, *principes perſecuti ſunt me gratis*, dicens quum loquerentur juſte, auditos non fuiſſe, quum plena ſalutis, impugnatos ſine crimine, ut noxios, veneficos, impios. Hinc præterea *z*, dicit appellari *multiplicatam iniquitatem ſuperborum* a, quum hi cauſſas impugnandi non habent, tamen impugnandi ſtudium non deponunt. Arnobius hunc locum transfert ad impugnationes dæmonum adverſus peccatorem, quum primum ad pœnitentiam convolare cœperit, & à fovea mortis ad vitæ ſupernæ montem conſcendere: idcirco Dominum docuiſſe nos petere, ut *non induceamur in tentationem*, ſed *liberemur à malo*, ſcilicet à diabolo, ut quidam exponunt. Quomodo autem hic *nos gratis impugnare* dicatur, alio loco docui.

PSALMUS

CENTESIMUS VIGESIMUS.

Canticum graduum.

1. LEvavi oculos meos in montes, unde veniet auxilium mihi.

2. Auxilium meum à Domino, qui fecit cœlum & terram.

3. Non det in commotionem pedem tuum: neque dormiet qui cuſtodit te.

4. Ecce non dormitabit nèque dormiet, qui cuſtodit Iſrael.

5. Dominus cuſtodit te, Dominus protectio tua, ſuper manum dexteram tuam.

6. Per diem Sol non uret te: neque Luna per noctem.

7. Dominus cuſtodit te ab omni malo; cuſtodiat animam tuam Dominus.

8. Dominus cuſtodiat introitum tuum & exitum tuum; ex hoc nunc, & uſque in ſæculum.

Titulus & Argumentum.

Canticum graduum.

Ratio tituli.

ON erit deinceps uſque ad 134. pſalmum de titulis laborandum, quia omnibus idem eſt, qui præcedenti, ut ibi vidimus, aſſignantes quoque ordinis rationem inter illos, quidque quindecim graduſ ibi ſint & litteraliter, & myſticè.

Qnia porro Hebraicè hic eſt שיר למעלות *ſir lamahhaloth*, & non, ut in præcedenti pſalmo, atque in ſequentibus המעלות *hammahhaloth*, nempe cum littera ſervili, quæ ſerv t dativo, ita ut dicendum ſit *Canticum graduſ*, non ut in aliis, *Canticum graduum*; Cajetanus id obſervans, ait ſe reſervare Spiritui ſancto. Nec ſcio, cur potius in hujus pſalmi titulo poſita ſit littera ל *lamed*, quam ה *he*, quæ eſt in aliis. Sed quum ſerviat quoque ל *lamed*, caſui genitivo, ut oſtendimus circa titulos, in quibus habetur לדויד *le david*, & perinde eſſe *Davidis*, & *ipſi David*, & perinde eſſe *Davidis*, & *ipſi David*. τῶ Δαυὶδ & τῶ Δαυὶδ; vertat vero etiam Hieronymus, & alii ex Hebræo hoc loco, *Canticum graduum*, ſicut in ceteris pſalmis: nulla ſubeſt ratio, cur Spiritui ſancto rem reſervemus, quæ nihil continet difficultatis. Argumentum pſalmi videtur exulis, aut peregrini conſolatio, revertentis, & aſcendentis in Jeruſalem, qui de ſua in priore pſalmo captivitate, exiliove conquerebatur. Dum autem eſt in ipſa via, inque mediis montibus conſtitutus, & montes patrios conſpicatur; optat ſibi divinum auxilium: & perinde ac ſi ſe inde ex patriis montibus, ubi Deus colebatur peculiariter, anditet exauditum, oraculum divinum recitat de cuſtodiendo introitu, & exitu, hoc eſt, de itinere toto ad finem uſque feliciter perficiendo. Duos Auctores Græcos recitat Agellius, quos arbitratur Euſebium, & Anaſtaſium, aut certe Chryſoſtomum, ut fere de hoc argumento tradentes. Vix deſſident alii Græci, & Latini. Quamvis qui Chryſoſtomo nunc tribuitur editus commentarius non habeat, quæ refert Agellius, & Latini myſticè, ut ferè in cæteris pſalmis graduum, agi velint aut de quovis juſto, aut de perſecutionibus Eccleſiæ, tum vero ſub Mahometanis, ſive Turcis. Refert Hilarius opinionem, nec rejicit de Chriſto, propter illum verſum *a*, *Per diem Sol non uret te, neque Luna per noctem*, quia in paſſione Sole obſcurato, nox interceſſit. Athanaſius *b*, ait eſſe τῶν ὑψηγορίαν ἑξαμέτρων unum, ideſt ex iis, in quibus gratiæ agantur.

Argumentum.

Senſus loci.

Levare oculos ad montes, quid myſtice deſignet.

h Rom. 15. 4.

i 2. Tim. 3. 16. 17.

k cap. 2. 35.

l Hom. 3. in Cant.

m epiſt. 83.

n Amos 6. 1. o Eſa. 2. 2. Levandi o. culos octo cauſſæ.

p Gen. 31. 39.

q trad. 2. in Joan. & lib. de epiſt. c. 84 & 1. ſyn. 3. c. 3 §. 3.

a verſ. 6.

b ad Marcellinum.